Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26058
Copyright: Admont, Benediktinerstift

234a

De quad. sanctimoni.

femina in uirginitatis regem glorie sponsum adepta gloriose domine orbis con-
iugalis et pedissequa. et erat in deuotione eiusdem semper uirginis sue affinis.
ut potius sponsi sui gloriose genitricis indefessa et perpetua illa moronibus primam
presens et susurronibus interpellabat. ut multa breuiter concludam omnem spem suam
commendarat intentionem quam potuerat. Verum uirginitatis sigillum quanto est ex-
cellentius tanto esset seruandum diligentius. et illis precipue personis que
nomina sponsarum omnipotentis regis preferunt. cum eum non modo sponsum sed et
continuum sue fidei inspectorem subterfugere non possunt. Non sic sane egit.
sed uirginitatis corruptorem admisit. et auertit oculos ne attenderet quem
uilem admitteret. quam optimum abiceret. quam dignum quam indigno commutasset. Et
ecce post admissum facinus factum ipsum exhorruit. et que uitii distabuit
conscientiam foris celare non potuit. Nempe uirtutes quidem a labore incho-
antur. quas tamen in securitate conscientie consummant. At e diuerso peccata et precipue
uicia carnis incipiunt a delectatione. ac desinunt in merore. et fu-
turi iudicii morsum in remordentis conscientie importuna fatigatione in-
dicia premonstrant. Non perpendit quam lubricum foret feminee fragili-
tatis uasculum. quam frangibile. quippe que haberet quamplurima exempla earum que
seruassent uas suum in honore et sanctificatione. Illud in mente habuit.
quam intolerabilis excessus esset. quod diuine maiestatis affectasset iniuriam.
Post uero in matre spirituali quid admisisset. quid amisisset indicat. intimum pergemit
lacrimas congerit sine cessatione. et adeptas fundit sine consolatione.
et intulit quod multo rectius si peccatrix fuisset abnegasset quod fuis-
set. et esset post Christum. quam quod innocens perdidisset pignus innocentie.
et esset secuta seductorem suum. Flent utreque et silent. pro ut sepe lacri-
me pondera uocis habent. Tandem penitentie remedia senioris
sue consiliis et consolationibus animata assumit. et amisse gratie reparare dis-
pendia incipit. Sed ecce graui languore uiribus destituitur. et incepte pe-